



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 134. Pontificis epistola ad quatuor Tridentinos, & ad totidem
Bononienses Patres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

quæ sequuntur. I. Ipsamet Romana Cu- **Sæcul. XVI.**
ria metuebat, ne instantे proximо Pon- **A.C. 1549.**
tificis obitu Tridentini Patres novi Pa-
pæ electionem sibi arrogarent. II. In-
dies cum Cæſare augebantur dissensio-
nes circa Placentinam urbem, simulque
in irritum cadebant cuncta molimina il-
lorum Præfulum, qui hac de re in Ger-
maniam decernebantur. III. Denique
omnes minæ in Tridentinos Patres effu-
ſæ successu carebant, floccique habe-
bantur.

§. CXXXIV.

Pontificis epistola ad quatuor Tridentinos, & ad totidem Bononienses Patres.

His rationibus permotus Pontifex du-
as, easque diversas literas mittere *Pallav. ibid.*
statuit, & quidem primam ad quatuor ^{cap. 4 n. 2.} *Ex Diario*
Episcopos ex illis, qui Tridenti age- ^{25. Aug. 12.}
bant, alteram ad quatuor Bononienses ^{& 16. Sept.}
perscripsit. Tridentini Episcopi fuere
Pacecus Cardinalis Episcopus Giennen-
sis, Petrus Tagliavia Archiepiscopus Pan-
ormitanus, Franciscus Navarrus Episco-
pus Pacensis, & Joannes Bernardus Diaz
Calaguritanus: Bononienses vero, Olaus
Magnus Archiepiscopus Upsalensis Go-
thus, Sebastianus Beccavela Archiepisco-
pus Naxiensis Græcus, Joannes Hen-
gestus Episcopus Noviomensis Gallus.

Hist. Eccles. Tom. XL.

F R.



Sæcul. XVI. Richardus Patus Episcopus Vigorinensis Anglus.
A.C. 1549

In hisce literis sic loquebatur Pontifex: *Pro occurrentibus Ecclesiæ necessitatibus Romæ congregationem habere constitui, quam vestra præsentia magis augs-tam reddere, ac vestris consiliis uti exopto, cum mihi satis non sit cum solo Purpuratum Senatu de rebus deliberare. Multorum Antistitum opto sententias, quapropter vos invito, atque obstringo sanctæ obedientiæ præcepto, ut intra quadragesimum diem ad me accedatis; ubi libenter auditurus sum, quidquid ad publicum Ecclesiæ emolumen-tum, atque ad universalem disciplinæ emen-dationem a me intentam suggestere volueritis.* Ad deferendas hasce literas quidam deputabatur Ecclesiasticus, qui epistolam singulis quatuor hisce Episcopis, cuique suam & quidem primo Tridentini, redux vero Bononiensibus tradidit. Parebant quantocius Bononienses Papæ mandatis, moxque Romam accedebant.

§. CXXXV.

Tridentini Patres morem gerere, ac Romam venire tergiversati.

Pallav. l. c. Ex lit. Farn. ad Bertan. II. Septemb. Verum quatuor Tridentinæ Synodi Patres, cum interea Cæsaris mandata præstolarentur, nonnisi vigesima prima die